Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Multum comendo quodque tenere volo
Cartusie fratres in eo discerno sequendos
Missa quod immensa sufficiat una satis
Canonicos nigros carnes comedentes sequuntur
Ne quid ab ypocrisi contrahat ordo meus
Premonstratenses statuo de iure sequendos
In molli tunica multiplicique tega
Ordine de reliquo placet ut persona secunda
Federe perpetuo sit in iuncta comes
Hic fuit ordo prior et conditus in paradiso
Hunc deus instituit et benedixit ei
Hunc impetuum decrevimus esse tenendum
Cuius erat genitor cum genitrice mea
Et genus omne meum semper fuit ordinis huius
Quo genus humanum deficiente cadet
Ordine de sacro sacratarum mulierum
Accipiam zonam semper abesse meam
Cingula lata mihi non sunt bona neque venter
Conveniunt grosso cingula stricta meo
Est et adhuc aliud in eis quod in ordine nostro
Apponi volumus cum locus aptus erit
Quid de simplicigrani quanta vel qualia summam
Nescio nam nova res me dubitare facit
Hoc tamen ad presens nulla ratione remittam
Nam necesse nimis fratribus esse reor
Quod nunquam nisi clam nullaque sciente sororum
Cum quoque cumque suo fratre manere licebit
Sunt etiam quedam que si non nunc meminisse
Possumus ad presens postea tempus erit

209